

*De figuris lapidum, &c.*

stantiua ambigere quodammodo videtur, & rerum nomenclaturis eleganter quadrat. Sic xiphia & anthia pisces dicuntur, non xiphij & anthij. In hoc etiam Grammatici Græci discrimen annotarunt: quòd in *ias* terminata nomina, habitum quendam & qualitatem permanentem significet, qualis à Dialecticis nō passio, sed passibilis qualitas dicitur: vt *ἔρως*, hominem natura vel consuetudine morbo verubentem: *ἔρως*, quoquo modo, siue passione aliqua, vt pudore, siue aliter. *ἄγχιος* & *ἄγχιος* similiter, &c.

Habent etiam lineas eminentes & strias lapides in agris nati: ex quibus cum qui cum tonitruis, vt nunc quoque credit vulgus, cadit, Brontiam vocant Græci, capitibus testudinum similem: qui cum imbribus, Ombriam. Nostri sūt modò sublutei, modò subvirides, modò subrubri, modò subfusci: nunc verò variant colore: politi tanquam specula, imagines reddunt.

Figur-